



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

XI. Quid in Concionibus frequentissime inculcent ministri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

quidem ipsis canere licere, sed domi in cubiculis, non vero praetentibus viris.

XI. Absolutis cantus versiculis, & paucis implorato quali diuini Spiritus auxilio Minister extulit aliquem e Biblij, quae semper ad manum habet, praegit, & ad suum sensum exponit. Quem admodum vero Mimus olim quum in dijs nihil reprehensione dignum inueniret, eorum officarios & ministros calumniatus est; sic Praedicantes isti quando nihil habent quod vel in doctrina vel politica Ecclesiae merito culpate possint, omne animi sui virum in Ecclesiasticum Ordinem effundunt, ac praecipue contra ipsum supremum Pastorem debacchantur. *Ignorantia enim ratione plerumque destituta, concusis & iniurijs tamquam telis ferit*: quae tanto sunt atrociores, quanto auctor est discretior. Ac velut piscator non audo hamo, sed dulcesca in duto piscibus insidiatur; ac venenum raro in fictilibus vasis, sed aureis poculis miscetur; & acutum illud ferrum Manadum thyrifis praefixum hedera & pampinis occultatur: sic Praedicantes doctrinae suae pusatque venenum bellorum verborum cataplasmatibus tegunt: quorum omnis eloquentia: o spectat non ut sanent, sed ut vulnerent, non ut doceant, sed ut decipiant: ut de Arrio eiusque sectatoribus Epiphanius testatur, S. Paulus vero Apostolus de omnibus istis seducoribus primus praedixit.

XII. Quando perorauit Minister, rursus breuiore preces recitantur, & cantus Psalmi antea incœpti continuatur aut absolvitur. Tum omnes promissae prostrant, domumque abeunt. Quae vero deuotione, quo zelo haec omnia peragi existimas, Lector? Quum nemo sit ex omnibus qui vel manus ad colum eleuare, vel suspirium ex corde ducere audeat. Pectus enim percutere merum apud istos sapit Papismum. Vix quisquam est qui in genua se prosterneat. In summa, non tepor hic, sed frigus & gelu est. Quod idem in primis Lutheranis Erasmus grauius reprehendit (n) Ego quum captiuus in bello apud Calvinistas nostros essem, redeuntibus in memoriam quae in prima mea videram pueritia, vix yllam Christianae religionis umbram, vix vllum deuorae pietatis signum deprehendi. Quid quaeris? Sanctuli videbantur qui in septimana bis, & quidem bene saepe saburrato stomacho, concioni interfuerunt. Feriam quintam multo laetius transigebant quam Dominicam diem; quae non raro ab esu carni-um abstineat. Nullus erat iustitiae locus. Facie-

bat quisque quod vellet. Imperabant omnes, nemo parebat. Vesperis quando per hospitia miles distibuebatur, diaconus stans stantibus precationem praebat: quae quidem non precatio, sed praeconium aut proclamatio aliqua videbatur. Hanc remissionem reprehendenti mihi responderunt, *Deum non externos gestus, sed animi humilitatem respicere: Perinde esse siue quis iaceat sicut aut sedeat. Verum hoc est, aiebam ego humilitas tamen non nisi exhumiliatione videtur potest.*

Haec quidem sunt caeremoniae, hi ritus, haec exercitia, haec forma nouae istius religiosae Religionis. Quid, quod etiam vltro Catholicorum exercitia irrident? Quorum, inquit, istae Matutinae, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperae, Completoria? Quorum tot orationes ac precationes, quibus miserae animae, in Papistica Ecclesia auantur ac cruciantur? At factis est, cum publicano illo oculos ad colum eleuare, Dei que implorare misericordiam: qui non vult mortem peccatoris, sed ut viuat. Quin etiam S. Ioannis, vt & Patriarcharum, tantopere Apostolo laudatam pietatem sublannant. Quod si publicanti vobis exemplum placet; cur non placeant gestus quoque? Cur manus precantium eleuatas aut decussatas, cur pectoris percussiones, cur suspiria, lachrymas rideas? Longe aliter certe Tertullianus, apud quem, vt & Iulianum Martyrem, omnia ista antiquis etiam religiose vsurpata videre licet. Sed de his satis, iam ad Sacramenta veniamus. Licet enim Ecclesia Catholica septem semper receperit, vt ex omnibus scriptoribus constat: Calvinus tamen duo tantum agnoscat. Quae, quae so, scripturae auctoritate? Nulla sane. Sed Baptismum Calvinistarum iam videamus.

DE BAPTISMO CALVINISTARUM.

CAPVT X.

ARGVMENTVM.

I. De Baptismo Calvinistarum, quem ad salutem necessarium non esse aiunt.

II. Cal-

a In Spong. ad Flute,